Documentos del Cartulario del monasterio de Celanova

VI

21 DE JUNIO DE 955

KARTA RANDINI ABBATI DE LINA IN LEMOS, ET DE COVA IN RAMO

In nomine Domini. Ego Randinus abba una cum fratribus meis de monasterio Sancti Adriani, vobis domno Rudesindo episcopo et fratribus vestris in Deo semper salutem. Dubium quidem non est, set multis manet notissimum eo, quod Aseredus Armentari filius relicto seculo monasterium petivit vobiscum ad habitandum, et concesit suam hereditatem media nobis post parte Sancti Adriani ubi introierat, et media ad Sanctum Michaelum ubi filia ipsius cum aliis mulieribus sanctimonialibus habitabat. Nec post sagitta diaboli vulneratus a monasterium fugit, et ad desideria seculi devolutus vita secularium se sociavit spreta que Dei erant mundanis se implicabit negociis. Intimavimus illud nobis qualiter acceserat Deo mentitus, qualiterque receserat diabolo instigatus. Notustis *(sic)* illud regi domno Ranimiro qui tunc regnum iuste regebat. Et ille celo Dei fervens et vestris petitionibus promtiori animo obediens dedit vobis potestatem ipsum Dasaredum ad monasterium denuo convictus reducere si sponte noluisset. Quo ille audiens et amplius dilari difidens iterum monasterium recuersus rediit unde primiter fuerat dilapsus. Post paucum tempus diem ibi clausit extremum. Nos quidem propter vestram caritatem et propter quod Dassaredus ad monasterium rediretur toto animo elaborastis, tercium heredem vos in ipsius hereditatem facimus, qualiter de duas illius villas, unam quam dicunt in Lemos Linares, et alia quam dicunt in Ramo covas, de quantum Dasaredus obtinuit de qualibet successione vel adquisitione, tam de casas, de vineas, de pomiferis, de persia, *(sic)* vel de omne omnino rem terciam nobis post parte Sancti Adriani; tercia post parte Sancti Michaheli, et tercia post parte vestra et monasteriis sanctis; ab hodierno die et tempore manere decernimus faciendi de ipsa tercia quod volueritis, amoto

nobis de illa iure usque in perpetuum. Quod si quis contra hanc concessionem ad infringendum uenire conaverit, de suo in duplo satisfaciat quantum infiingere niterit, et insuper exolvat fisco solidos C.m, expleat omnia ista confusus et excomunicatus ab omni calto licorum *(sic)* cetu. Facta scriptura die undecimo Kalendas Iulias, Era DCCCC.ªXCIII.ª Randinus abba ad mea vel omnium fratrum meorum persona confirmo. Testes id sunt. Frunimirus confesus. Sendinus confesus. Frukilla abba. Herus confesus. Zakarías confesus. Zitas abba. Kendulpus confesus, Sendinus confesus, Vidragildus abba. Hegeredus confesus, Piniolus confesus. Aloitus conversus notui scribens. (Fol. 176 r. y v.º)

VII

11 DE AGOSTO DE 972

D.ª GUNTERODA Y EL DIÁCONO SENIOR, DONAN AL MONASTERIO DE CELANOVA UN CENOBIO, ALGUNAS VILLAS, Y OTROS BIENES.

In nomine Patris et Filii videlicet et Spiritus Sancti Salvatoris et Sancti Michaelis arcangeli et Sanctorum Apostolorum cuius baselica sita esse dinoscitur territorio Limie et monasterii Cellenove subtus monte Leporarii, discurrente rivulo Sorice. Ecce nos indigni et Donem confesso, Gunterodis Deo dicata, et Seniorem diaconus, vobis Manilani abbati et preposito domno Cresconio et fratribus congregationis monasterii Cellenove. Ex Deo devotionis mee extitit ut facerem hunc scriptum testamenti, vel trado de facultatibus nostris quod mihi per sortem evenit de parentibus meis vel quod mihi libitum manet eo quod est pie observationis decus sanctus Rex et propheta dicat David: *Principio sapientie timor Domini.* Addipendumque est testimonium filii sui dicentis: *Timor Domini principium religiositatis.* Multa erat de sanctis Scripturis loqui nobis testimonia per quod mens roboraretur. Sed ut fastidium audientibus avertatur ad id de quo loquimur veniamus. Dubium quidem non est quod unus scimus quod nescit fraternitas; propter hoc mente tentavimus ex comuni consensu ut iuxta quod gotorum sanxit auctoritas, homini filios non abenti de re sua quod voluerit faciat Quod nobis ex concilio ad te convenit ut faceremus testum scripture firmitatis de nostros monasterios quos hedificavimus cum manibus nostris in villa quam inquiunt

Villare inter Sanctum Iulianum et Carraceto, subtus alveum Mineum et portum penne Albensis territorio Bubalense, ecclesie ex nomine Redemptor mundi et Cam vocabulo, cum apostolis suis, martiri suo suo patrono nostro Sancto Pelagio et Sancti Martini episcopi, ut habitent servi Dei pie ac iuste viventes. Concedimus ibidem Deo patri nostro et sanctorum Martirum hereditas quicquid ex parentibus nostris et quantum emimus, prolivigavimus, aucmentavimus, vel de omni munificentia adquissivimus. Id est ipsa villa quam adrumpimus et fundavimus, vineis, pomiferiis quomodo dividet in omni giro. Alia villa de Ruviolos. Villa de Pinario quousque Sciscíti, et de alia parte pro illo fontano qui vertitur de Sancto Iacobo. Tertia de Villare iuxta ipsam villam alia que fuit de Alvitti. Alia Refreneta cum Tanoy. In Fontanellas, Frigidaria, Kintanella, Faramontamos ad portum Begicani, Villela et alia villela. Rugitorio Villa de Goton. In Vertuceto salto, et quantas in testamento priori resonant. Item adicimus alium ganatum, argentum, metallum, libros, ornamenta altaris, necnon oves, boves, vaccas vel quantum homo adipisci vel conquiri potest, ut abeant inde servi Dei temporale subsidium, et nos premium inconvulsum. Si quis tamen ac nos aut ex propinquis nostris vel etiam quislibet generis homo hoc factum nostrum vel in modice infringere quibeat qui de ipso loco alico extraneavérit, subiugare quesierit, quicumque ille fuerit sit excomunicatus et perpetua confusione multatus, et in conspectu Dei Patris omnipotentis et Sanctorum Apostolorum et Martirum eius, atque insuper temporali abitur, et Donem confesso alacriter atque velociter censura pariet tantum quantum infringere voluerit illata illi confusione coram omni Ecclesia in toto orbe diffusa. Facta series bene facti inter nos vel testationis tertius ydus Agustis, Era M. X. Eddonem confeso alacriter atque velociter valde semper istud obtavi et in hanc scripturam testamenti vel testationis a me facta manus mea. Gunterodis Deo dicata mente ac spiritus in hac scriptura benefacti vel testationis a me facta manu mea ✣ Ego Seniorem diaconus in hanc scrituram testationis manu mea confirmo et roboro. ✣

Sub Xpi, nomine Ermegildus episcopus Lucense sedis conf.
Sub divino auxilio Teodemirus Dumiense sedis conf.
Sub Xpi. nomine Novidius Astoricense sedis episcopus conf.
Sud Xpi. nomine Viliulfus Tudense sedis episcopus conf.
Veremudi presbiteri conf. Godesteus tunc ibi eram.
Gillvira Regina et Xpi. ancilla Deo dicata conf. (1)

(1) Hermana de Sancho el Craso y tutora de su sobrino Ramiro III, desde que murió aquél en 966.

Rudericus Velasquiz confirmans.
Pelagius Bizotiz confirmans,
Erus Ordoniz confirmans.
Alvaro Ennecoz confirmans.

VEREMUDUS REX CONFIRMANS (1).
(Fol. 77 v° y 78 r.)

VIII

24 DE MARZO DE 1003

DONNON TRASAARIZ Y SU MUJER TRASTALO DONAN ALGUNAS VILLAS AL MONASTERIO DE CELANOVA.

Sub Xpi. nomine et individue Trinitatis quod est Pater et Filius videlicet et Spiritus Sanctus substantie inseparabilis. Quod de corde credimus ore profitemur. Credimus Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum Sanctum ab utroque procedentem, filium solum carnem de Virgine suscepisse et in mundo pro salute hominum in se credentium venisse, et de Patre Spiritum Sanctum nunquam recesisse. Unde et ipse ait: *Ego et Pater unum sumus; et, qui me abet, abet et Patrem, et qui me videt, videt, et Patrem.* Et rursum: *Celum mihi sedes, et terra scabellum pedum meorum.* Quo circa totamque Trinitatem in celum Angeli adorabant, et in terra magis magisque clamabant. *Ite, vendite omnia que posidetis et date elemosinam, et venite sequimini me.* Et iterum: *Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me,* Itemque in alio loco: *Qui plus amat Patrem aut matrem aut uxorem aut filius vel omnia que de mundo transeunt plusquam, me non est me dignus.*» Rursusque: «*Qui non odit patrem aut matrem, uxorem, et filios, aurum, argentum que omnia possidet insuper et animam suam, non est me dignus. Et qui omnia reliquerit propter me et propter eglesiam meam, centuplum accipiet et presenti seculo et in futuro yitam eternam possidebit.* Quamobrem si fecerimus que precepit ille suplebit que promisit, unde Petrus apostolus

(1) Bermudo III, hijo de Alfonso V. No debe ser Bermudo II, porque éste no comenzó a reinar, en competencia con Ramiro III, hasta Octubre de 982. A mas de esto, es de considerar que D.ª Elvira siguió siempre el partido de Ramiro III, hasta que éste falleció en 984.

ait: *Nos ergo qui reliquimus omnia et secuti sumus te, quid erit nobis.* Et Dominus ait: *Amen, amen dico vobis quia vobis qui reliquisti omnia et sequuti estis me in regeneratione seculi cum sederit filius hominis in majestate sua, sedibitis et vos super XII.m sedes iudicantes duodecim tribus Israel.*» Ego proinde melius multoque melius mundum calcare Christum audire, eglesiam colere, vitam beatam cum sanctis Angelis in eternum et per omnia secula seculorum possidere Pro hac enim divino ardore succensi quemadmodum et ipse ait: *Ignem veni mittere in terram, ¿et quo volo nisi ut ardeat?* Item ipse prophetam: *Ignem ardentem extinguit aquam et elemosinam extinguit peccata.* Et alio loco dicit: *Declina a malo et fac bonum et habita in secula seculorum.* Hac per hoc ecce ego Domnem Trasariz et uxor mea Trastalo pactum facimus Deo Creatori ac Redemptori nostro, sive et vobis domno et Patri nostro Abbati domno Manillani et fratribus vestris monasterii Cellenove commorantes de omnibus nostris hereditatibus quas abuimus de avorum nostrorum et parentela vel de comparato aut contramutato sic et de diversis adquisitionibus quod Domino largiente emptum vel donitum accepimus sub regiminis principe nostro rex Vermudo, et de prole suo succedente in regno rex domno Adefonso, sic et comite domno Menendo. Damus atque concedimus vobis villas nuncupatas una quam vocitant Sancto cum adiuntionibus sius. Alia quam vocitant Columnas. III.ª villa quam vocitant Merici. IIII.ª villa quam vocitan Arcus cum adiuntionibus sius. Gontam (sic por quinta) Santulio Lapavara per terminos antiquiores. Alia quam dicunt Lavandaria. Patent iacentia territorio Bubalo discursiles aquas rivullo Mineo. Damus atque concedimus illas ad per habendum et deinceps admodum quantum potuerimus ancmentare et proluncare in ipsis villas et in illo vestro Monasterio de Paratella vocabulo Sancto Salvatore et Sacta Maria quam nobis conceditis ad habitando et populando in nostra vita et cum Dei adminiculo quantum noes ibi potuerimus aucmentare, villas, argentum, ministeria aut vestimenta etomne ganatum quod est mulos, caballos, eguas, greges ovium, caprarum et porcorum vel omne omnino re tam maiora quam minora usibus hominum necesaria quantumcumque dudum in ipsas supradictas villas et monasterio Paratella tam hic quam et in alio loco ubi nostras in veritatis ponesssio vel facultas cuncta Domino nostro iam dicto Manillani Abbati et fratribus suis monasterii Cellenove habitantibus perhenniter servituris concedimus; nullum etiam ius possidendi concedimus ibi propinquis nostris vel extraneis, sed ut diximus abbati vel fratribus Cellenove commorantibus et in vita sancta perseverantibus.

Si quis tamen quod fieri non credimus aliqua forma hominis con-

tra hoc pactum vel factum nostrum ad irrunpendum venerit quisquis ille fuerit in primis sedeat anatematus et a fide Xpi. segregatus, vivens a fronte lucernis careat ambobus luminibus, et cum Iuda Domini proditore lugeat penas eternas in tartara damnatione. Et hoc factum nostrum cunctis diebus firmiter obtineat roborem. Facta series testamenti et diem confirmationis VIIII° Kalendas Apriles Era discurrente post millesima XI.ª (1) Ecce nos iam dicti Donnon et Trastalo in hanc Kartulam testamenti manibus nostris propriis roborem iniecimus ✠✠ Menendus Gumdisalviz cum uxore Tuta manus mea conf. Pelagius Arnaldi filius confirmo. Frater Cresconius qui et Prepositus erat confirmans. Magister Iulianus conf. Frater Fortis confirmans. Vitizani conf. Frater Senta conf. Frater Oduarius confirmans, Frater Abambe conf. Nausti Frolani confirmans.

Sub Xpi. nomine Pelagius Episcopus prolis Ruderici confirmans.

Dominica ascitus vocatione Viliulfus Auriensis sedis episcopus confirmans.

Ego serenissimus Rex Adefonsus sanctam et veram Trinitatem credendo in hoc testamento nomen meum iussi scribere, et quod or) dinavi perpetim ad confirmandum roborem inieci. (Fol. 80 v° y 81 r.-

IX

11 DE ENERO DE 1001

JUICIO VENTILADO POR ALFONSO V ACERCA DEL DOMINIO DEL MONASTERIO DE SAN ANDRÉS DEL CONGOSTO, USURPADO AL DE CELANOVA.

Scitum quidem est et a multis manet notum dum per iussionem regiam et domni Adefonsi principis per editum suum venit Oduarius cum collegas suos et fecerunt presuras per undique locus in regione Callecie. Unde in eorum comeatu adfuit abbas Salamirus qui sic prehendit hereditatem cum ecclesia ab antiquis constructa, vocabulo Sancto Andre apostoli, et villa vocabulo Congusto, territorio et ripa Limie. Dum ad ipsum Salamirum sacerdotem vitam patuit fuit ibidem loco ipso vitam degens, et relinquens omnia heredibus cum sobrinis

(1) La fecha de este documento no puede ser el año de la Era 1011, o sea el año de 973, pues Alfonso V, hijo de Bermudo el Gotoso, no heredó el trono hasta 999. El original tendría en lugar de X sencilla, una X con rasguillo en la parte superior equivalente a XL.

suis timore canonicarum et vitam sine crimine deduxerat. Ipse autem abbas Salamirus in loco ipso usque ad summam senectutem diem ultimum claudit extremum. Post multoque involuto tempore obtinuerunt locum ipso religione sacerdotes de probato loco, prior inter quos adesit voluntas et animus eorum, et tradiderunt ipsam ecclesiam cum omni eorum domicilia et hereditas cum simul dextros ecclesia in manu patris domni Manillani abbatis monasterio Cellenove et condiscipulatu illius a maximo usque pusillo, et dederunt illas scripturas et illas firmitates quas erant de ipsa ecclesia in manu ipsius domni et patris iam memorati simul cum ipso testamento. Prior quod ibidem abbas Salamirus fecerat, stante omnia ut diximus post partem monasterii, ordinavit ad suos fratres simul et ad sacerdotes constringere ipsam eclesiam et quod illi iure debebatur sub ordinatione sua reddentes et exolventes quod illis imperatum manebat, quod nemo homo non se ibidem aliqua contempsa, set obedientes in omnibus quod illis imperatum obtinebant absque omni ambiguitate. Sic se levavit Afonso unam mencionem facimus alias, cum alios sibi adiunctos, non expectato iuditio, et perrexit ad ipsam ecclesiam de Sancto Andre et ad suam cortem et presumsit omnia quicquid ibidem invenit, et misit unum transgressorem nomĩni Alvaro quasi monacho et preserunt sacerdotem de ipso abbate domno Manilla nomine magistro Ioacino, et ruperunt et maliaverunt, et pendentem nocte de trabe quosque semivivus fidiaverunt eum in per manus et per vim per III.^or^ annos aut supra, et tulit de iure monasterii Cellenove, et plicavit iuri suo infauste et superbe per hoc ut diximus.

Actio. Era millesima VIIII et ter dena, X Kalendas Martias. Orta est enim intemptio in presentia Principis domni Adefonsi et senatus sui domni Ermenegildi Gundisalviz prolis, et iudices suos Pelagio Arnaldiz, Mito Arias, Tructesindo Nantildiz, Gudesteo Didaci. Et fecit inde ipse dominus abbas et simul cum familia sua querimoniam, et dederunt super ipsum Adefonsum simul et de ambas partes saionem nomine Senderico, de palatio, qui intendit vocem de monasterio; frater Vimara confessus, et Adefonsus, suum dedit responsum inutile et vacuo. Sic est scriptum per iudicatos quod neque ipsam ecclesiam presumserat neque aliquum ad suum monachum Ioacinum malum fecerat, set quod in fronte de sua laria casam construxerat nemine aliquo calumniante de parte domni Manillani neque de monasterio Cellenove aliquam disturbaturam non fecit. Mandaverunt testimonias de amborun parte sicut est scriptum in iudicatos accurrit statutus ad diem placiti. Venit frater Vimara et cum turba non modica, testes ydoneos CCC.LVI qui fidenter et recte testificaverunt quod viderunt

et audierunt, testificaverunt in verbi testium per ordine quod verum est. Venit Adefonsus cum testibus fallacissimis et negligentiosis et numerum modicum X^m testes qui peribuissent seriem conditionum et innocentem per ad excutionem pena caldaria Adefonsi qui suis cepisset sacramentum de ipsas testimonias. Omnia per manum saionis et per placitos scribtos et roboratos. Cumque fuissent ad diem perabtum ut susciperem ego Adefonsus sacramentum de testimoniis huius Vimarani agnosco me in veritate, et cum rogo et sugessione ectio testes Vimarani foris de ecclesia ut adsignem ipsam ecclesiam cum eorum cortem cum domicilia, terris et pomeriis quod illi iure debetur quousque minima vel vile re quantum et tenetis sub scrinio detestationem Salamiri abbatis et posteritati eorum quantum ibidem ganaverunt, aucmentaverunt tutores et monachi habitantes in loco ipso quosque die quod ipsa hereditas et ipsa ecclesia evenit sub regimine iam fatus pater domni Manillani abbatis et famulis suis monasterio Cellenove. Quod si aliquem ego Adefonsus tam de parte mea quam et de propagine nostra, vel de genere quocumque homini pro ipsa ecclesia ibidem post partem nostram de me exierit aliqua calumnia ita dixi et dico et reppeto si aliquem invellere vel in modice inquietavero de rebus quod in hac annuntiatione resonat, tunc pariem vel pariet hoc de quo agitur in duplo vel quantum melioratum fuerit a vobis et post partem Regis vel iudicis in D solidos, et pro misericordia vestra dimisistis nobis de illo iudicato, nec dedimus inter vos et partem dominicam amplius quam quinque solidares calicenses unus de iudices cui ego Adefonsus offretionem dederam voluerat mecum fallere, set correptus a Comite et ab omni concilio, ille et ego verecundus apparuimus. Et quicquid iustum est vestrum manet indemnes. Et ego pro proprio meo merito remansit ex tortos. Notum die III.° ydus Ianuarii, Era XL discurrente de post millesima. Adefonso manu mea roborem indidi. Sendericus qui huius Regis aio fuit manu mea ✣. Manillanem abbas confirmans ✣ Menendus Dux prolis Gundisalviz confirmans. Pelagio Arnaldiz et iudex manus mea confirmans. Tructesendo Nantildiz qui quesieram fallere cognoscens reatus mei manu mea confirmans. Gudesteo Didacl et iudex manu mea confirmans. Testes in monasterio in domni abbatis presentia omnes fratres sacerdotes, laicos et turba puerorum degentibus in scola et in capitulo. Adefonsus serenissimus Princeps noster refultus in regno avorum suorum *confirmans* (Fol. 91 v° y 92 r.)

X

13 DE SEPTIEMBRE DE 1005

JUICIO RELATIVO AL DOMINIO DE UN MONASTERIO EN RIBERA, USURPADO POR D.ª GUNTERODA, Y REVINDICADO POR ALOITO, DESCENDIENTE DE LOS FUNDADORES AGNITIO DE RIPARÍA.

In nomine Dei Patris excelsi adque Regis eterni et altissimi Redemptoris Filii eius Domini nostri Ihu Xpi. et de Patre Filioque procedens Sancti Spiritus extans in Trinitate et sine inicio adque sine fine trinus permanens in unitate, nec anterior Pater, nec posterior Filius, nec separatim credendum est Spiritus Sanctus, sed est unus Deus per sanctam adque incomprehensibilem una trinitas et non tres, et veraciter unus Deus et non solus, quem sic adorant, venerantur et colit sancta catolica Ecclesia, et sub nomine ipsius sancte et individue Trinitatis ecclesia edificata dignoscitur Sancte Marie semper virginis, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Sancti Pelagii, ceterisque martyribus adque virginibus quorum monasterium esse videtur in villa quos vocitant Riparia, subtus monte et eremita quos dicum Sanctum Georgium, inter villa Guntimiri, et Ganati, territorio Limie, quos edificavit domno Adefonsus prolix Romarigiz, et Gutine, et composuit ibidem omnia ornamenta ecclesie, ut moris est, libros, vela, ministeria, capsas, cruces et coronas argenteas etiam et metallorum, signus et campanas, et alium ganatum pro stipendia fratrum et sororum, peregrinorum et ospitum, stramenta, tegumenta, argentum, palleum, quod, ad stipendium omnium sunt necesaria, et abuit ipsa villa iam supra memorata Riparia de genetrice sue domne Adsinde ubi ipsum monasterium fundatum est. Ipse domnus Adefonsus et domne Gutine posquam ipsum monasterium edificarunt et composuerunt in eum omnia bona sicut superius resonat fecerunt testamentum de ereditatis et de ipsum ganatum vel ornamenta ecclesie, etiam jumenta et reptilia ad ipsum locum sancte Marie et ad servis Dei vel ancillas Dei Xpi. etiam filii, nepti vel propinquis sunt qui ibidem in vita sancta perseveraverint et normam sanctam et regulari vitam duxerit, Et elegit ipse domnus Adefonsus in ipso testamenti ut qui plus de propinquis suis extrenuus in servitio Dei fuisset et ipse eum possidisset et alius de propinquis suis sub regimine illius vitam monasticam deduxisset. Post non multum temporibus venit ei

obitum ad ipse supra memoratum domnus Adefonsus et reliquit ipso monasterio in iuri coniuge sue domno Gutine et possidebit eum dum vita vixerit. Ipsa vero domna Gutina obdormivit in somno pacis et in ipso monasterio corpus eius tumulatus est. In ipso monasterio nutrita fuit filia eius nomine Zagaria et ad obitum genitori sui relinquerunt eum in suo iure et omnium ganatum quantum ibidem adquirere vel adpligare potuerunt. Ipsa vero filia sua Zagaria post obitum parentes sui surrexerunt de gens sua qui ei maledisciose querebant et ipso monasterio obiurgare cupiebant. Perrexit ad domna Gunterode qui fortiose erat et posuit se in suas manus ad honorificandum et defendendum de omnisque parte, et dedit ipsa domna Gunterode ad eam villa Nugariola pro temporale stipendium ad usum fructuarium. Post multum igitur temporis spatia ipsa Zacaria suo monasterio regente et in vita sancta perseverante ibidem et omnia iuri suo possidente sine alia calumnia nec disturbantia de nulla que parte abente, advenit ei itinere perrexit ad alio suo monasterio ad territorio Lemabus quos nuncupant sancto Pelagio, statimque non multis diebus clausit illuc extremum vite sue. Ipsa domna Gonterode ut audivit de obitu eius perrexit cum fratribus et sororibus suis ad ipsum monasterium sancta Marie, non ad edificandum sed ad dextruendum eum, et fregit illo temsauro ét adrapinaverunt inde omnia ornamenta ecclesie tam argentea quam sirica et omnia volumina librorum, et sic et fregit illa reposte et derapinaverunt homnia quantum in ea inveniri potuerunt, argentum, palleum, cercus et aquamaniles vel omnia mobile quantum intra et foris potuerunt invenire, sicut in noticias resonat, et paraverunt ipso monasterio iuri suo et eiecerunt inde foras qui ibidem in servitio Dei persistebant, usque ipsum locum santum positum fuit in rugina et desolatione de suo iure, et stetit non modicum tempus devastatum usque in tempore serenissimus principipis domni Adefonsi, et Dux Menindus Gunsalviz, de stirpe ipsius domni Adefonsi surrexit nepti sui Aloviti diaconum, prolix Ordoni, dum vidit domus Domini distructum, et propria hereditas sua ad extraneis possidendum, compuncti dolore congregabit omnia yems sua et fecerunt querimoniam in conspectu Principis iam supromemorati domni Adefonsi et ordinaverunt de palatio sagione nomine Erus Sarraceni qui prehendisset ipse monasterio in manibus suis et duxisset ad concilio regis Pelagius prolis Ruderigiz, et Ilduara abbatisa, et fratribus monasterio Palatiolo, in cuius iure ipso monasterio invenerunt destructum. Ita et factum est. Dum perducti fuerunt in aula Regis et Dux eius Menindus Gundisalviz, in villa Plana, ordinaverunt iudices constituti, discernisserunt inter eos veritas sicut lex gotica docet.

Fuerunt ipsi iudices pronominati, Fredenando Sandiz, Froila Eroptiz, Pelagius Arnaldiz. Et dederunt inter eos libris ot ordinaverunt ipsius iudicis ad ipsi Aloiti diaconi et heredibus suis ut dedissent de ipsa gens sua testimonias idoneas decentes et confirmassent super ipse Pelagius Ruderiguiz et Ildura Abbatissa et fratribus monasterii Palatiolo qui obtinebant villas et ganatum de ipssa domna Gonterode, quomodo steterit ipso monasterio Riparia ingenuo et suo ganato, et fuerit ipsa domna Gunterode sicut superius resonat et adrapinabit illo et destruit et post iuramentum factum adimplerent Pelagio Ruderiguiz et fratribus suis ad ipse Aloiti diaconi et heredibus suis ipso monasterio duplatum et homnem ganatum quantum in noticia resonat de rapina, et ad aras altaris sancte Marie solidos C.m et dum adunati fuerunt de amborumque partes in sancto Cipriano de Monte Calvo pro ad iuramento per manum sagioni Ero Sarraziniz, dum unum ipse Pelagius Ruderigiz et Ilduara Abbatissa et fratribus monasterii Palatiolo quod talia actio eis evenisset viderunt se in nimia tribulatione et angustia positi quia non abeiz quod adponerent pro ipso monasterio in concilio et miserunt ille comites et Oveco Vimarani, Pepi Revellebant rogatores et ipsos iudices iam supra memoratos et ipse sagione Erus Sarraciniz et hominum filiorum bonorum qui in ipso concilio erant rogantes et dicentes ad eos ut haccepissent ipse Aloitus disconus et heredibus suis suo monasterio et suas hereditates sicut veritas docet et lex gotica ordinavit, et saccarunt illos de iuramentum, et dimiserunt suo monasterio ingenuo, ei adsignaverunt illo per manum sagionis Erus Sarraceniz ad ipsi Aloiti diaconi et heredibus suis. Pro idem ego Pelagius prolis Roderici et soror Ilduaara, Andreas confessus et omnis congregatio fratrum monasterio Palatiolo tibi Aloiti diaconi et eredibus tuis facimus vobis pactum per manum sagioni Erus Sarraciniz ut si amplius deinceps a modo non vos calumniemus nec supposita aliqua faciamus nec per nos, nec per qualibe forma humana pro ipso monasterio quod vobis asignamus, nec nos nec successores nostri qui talia ausus fuerit, Comitem, duplet vobis ipso monasterio et pariat vobis ipso ganato, et post parte Regis binas libras auri talenta, vel quis illa terra imperaverit, et illo quos in vestras noticias tenetis quos inde eiecerunt per rapina et lex gotica docet solidos C.m Pelagius prolis Ruderici Ilduara confesa. Andreas confessus et omni congregatio manasterii Palatiolo manus nostras ✠ ✠ ✠ Ob hoc ergo hac proinde ego Adefonsus Rex Deo auxiliante et Christo me ordinante sedente in kadera Regum parentum et avorum meorum omnia suprascripta et sub auxilio divino omnia per ordinationem meam ad iudicis mei iudicata atque ut decebat fideliter exarata et decenter con-

firmata sicut veritas et lex gotica cogente inrevocabiliter confirmo, et ut confirmata semper maneat cum omni fidelium katolicorum concilium regni nostri perhenniter adque stabiliter permanere dicernimus. Facta agnitio vel confirmatio Regis ipsus idus Septembris. Era quaterdena et III.ª post milletesima.

Adefonsus Rex confirma.

Ermenegildus Dux prolis Gunsalviz confirma. Sub Xpi potentia. Pelagius Iriense sedis episcopus conf.

Sub divino auxilio Armentarius Dumiense sedis episcopus conf.

Nuninus Vermudiz conf.
Pelagius Tructusendiz conf.
Alvar Ovecez conf.
Revelio·Martiniz conf.
Velasco Gunsalviz conf.
Menindo Alvariz conf.
Gudesteo Alvariz conf.
Teton Froiiaz conf.
Godesteo Pelagiz conf.

Manilani abba
Magister Sizla testis.
Martino Destrigiz, testis.
Gulfario Atiz, testis
Gundesindo Deisetiz, testis
Menindo Arviaz, testis
Egila Mesgitiz testis
Roderigo testis
Item Ruderigo Romaniz testis
Adefonso testis
Miron testis

Ranimirus prolis Ernegildi armiger Regis confirma.

Egila presbiteri notuit. (fol. 106 r. a 107 r.)

XI

6 DE ABRIL DE 1007

JUICIO EN EL QUE NAUSTI DIAZ RECONOCE PERTENECER AL MONASTERIO DE CELANOVA DOS SIERVOS QUE TENÍA ENCOMENDADOS VELASCO NÚÑEZ. AGNITIO DE SENDINO ET SUA GENS.

Horta fuit intentio inter Velasco Nuniz et Nausti Didaci super homines nomine Gundesindo et Donello qui erant habitantes in hordines in casa de Cellanova cuius homines erant, et tenebat illo[s] Velasco Nuniz adcommendatos de manus Aloitus abba, et venit Nausti Didazi qui, tenebat mandamento de Lutrio, ad inquirendos ipsos homines post ipso mandamento. Et dicente Velasco Nuniz quia ipsos homines sunt de Cellanova qui, venerunt de Monte Roso cum

ipse episcopo domno Rudesindo, cuius homines erant, et intrarunt in ista terra et fillarunt in mandamento de Cellanova in villa Frogianes, mulieres cum suas hereditates, et ipso homine nomine Sindila avolo de Bonello et de Gundesindo, et fuerunt istos homines natos in ipso mandamento de Celanova et in ipsas hereditates et servierunt ipsos homines ad domnos de Celanova usque hodie. Et dicente Nausti Didaci quia sunt de mandamento et non dabat avolentia unde servissent ab ipso mandamento in potestate, querebat illos opprimere. Et sedente princeps Adefonsus hic in Congosto et ducis Rodericus Ordoniz qui illa terra tenebat sub ipse, et venerunt ipsos infançones ante illex (1) domne Nausti Didaz et Velasco Nuni et Aloitus Abba et barialaverunt ipsos homines quomodo superius resonat, et iudicavit ipse rex iudicium rectum quia homines unde abolentia non dabant de mandamento nec hereditate que non servissent ab ipso mandamento, et que desent ipsos homines iuramento de sua parte sicut et dederunt, quomodo fuerunt suos avolos de Celanova sicut et illos sunt quomodo desursum resonat. Et iurarunt illos per si et cum eis iuravit frater Andrias qui ipso mandamento tenebat et alios duos Ramiro et Vistremiro qui de ipso territorio sunt et sapiebant veritatem. Et Nausti Didazi cum perfidia de ille abba qui cum suos inimicos stabat et octiurgabat, pregavit illos ad pena et miserunt ipsa nocentia hic in sancta Marie de Congosto ante Eita Menindiz qui erat iudice de ille rex in ipsa terra de Limia, et per nomine sagione Johanne Nonmus et mandavit ipsa pena exire limpia sicut iurarunt sua veritate, et levarunt ipso nocente ante ille rex et viderunt ipsa pena per veritatem quod Deus mandavit et elegit. Ipse rex iussit facere scripture firmitatis quia iam ipsos homines non sedeant inquietandos post ipso mandamento sicut et fecerunt. Sed ut serviant ad ipso monasterio Cellenove ubi illos Deus elegit. Et ego Nausti Diaz qui ipsos homines inquierebant a tibi Velasco Nuniz et a vobis Aloitus abba qui incapdestis et cum adiutorio vestros homines devindigastis, placitum facio scripture firmitatis que iam ad ipsos homines nullam inquietatem faciat post parte de ipso mandamento neque nos neque nostros intercessores qui post nos ad ipso mandamento venerint ad imperandum, et quistam scripturam infringere voluerit sit anatematus in conspectu Dei Patris Omnipotente et Santorum Apostolorum eius sit condemnatus et perpetua ultrione percussus sit, et in conspectu sanctorum martirum et Sancti Spiritus et Xpi. perpetua anethema marenata id est duplici perdiccione damnatus ut de hoc seculo sicut Datan et

(1) Así, por *ille Rex*.

Abiron quibus continuo absorbeatur iatu et Tartareo penas cum Jude Xpi. traditore peremniter cruciatus, et insuper inferat vel inferamus ad domno cuius fuerint ipsos homines duplatos et post partem regis mille solidos de auro et ipse monasterio firmiter habeat roborem, Facta agnitio vel plene VIII.° idus Aprilis Era X.ª V.ª post M.ª Ego Nausti in hac agnitio vel placitum manum mea roboravi. Adefonsus nutu Dei rex in hac scriptura manum mea confirmo.

Rudericus prolis Ordoniz et comes conf.

Ordonio Almeiuce conf.	Aloitus Abba conf.
Velasco Almeiuce conf.	Adefonsus Abba conf.
Tructesindus Pelaiz conf.	Guttier Preposito, conf.
Pelagio Ikilaz conf.	Revelio Martiniz, conf.
Alvaro Bencaz conf.	Gundisalvo Froilaz conf,

Sub Christi nomine Vistrarius Iriensis et Apostolice sedis Episcopus confirmat. Qui presentes fuerunt Tarenoii testis. Framila testis. Sisnando testis. Fulgentius notuit (Folio 189 r y v.)

XII

27 DE FEBRERO DE 1012

JUICIO ENTRE VISTRARIO Y EL MONASTERIO DE CELANOVA, RELATIVO A LA IGLESIA DE SAN PEDRO DE MEZQUITA.

De villa qui est subtus vocabulo sancto Petro de Mezquita, et fuit ipsa villa de frater Astrarius. Horta fuit intentio inter Vistrario, suprino de alio frater Vistrario, et domno Ginnez, preposito, et fratribus monasterii Cellenove, pro villa de Villare qui est subtus ecclesie vocabulo Sancto Petro de Mezquita, qui fuit de fratre Vistrario, et concessit eam per scripturam firmitatis post parte Domini Sancti Salvatoris et monasterii Cellenove, pro remedium anime sue. Querellavit se ipse Vistrario in persona Regis domni Adefonsi, pro ipsa hereditate, ut mandasset eam adprehendere et in suo iure eam relinquere, et ille Rex mandavit suo sagione Sarracino ut prendidisset ipsa hereditate, et tenuisset eam sanam usque quando devenissent ad concilio et abuissent unus cum alios veritatem. Ad non multis transactis dlebus, venit ille Rex in Amolgas, et ordinavit ad ille Comite Ruderico Ordoniz ut dedisset veritatem inter illos fratres, et ipse Vistrario, usque definissent inde ante eum causam veritatis, et ipse domno Ruderico stante in

illa actione advenerunt ei alias disturbationes et ordinavit ad Pelagio Sidfrediz ut fuisset suo vicario et iudice virifico de ista actione, et dedisset inter eos iudicium et veritatem, et cui dedisset veritas ipsa hereditate possidisset omnia iuri quieto absque alio herede. Ita et fecerunt. Et dum venerunt ad diem abtum qoadunaverunt se ipsos fratres et ipse Vistrario ante ipse Pelagio Sidfrediz et ante illo preposito domno Andrias, et Sanctio Furtuniz, hic in monasterio Palatiolo, et fratribus ibi abitantibus. Causatus fuit ipse Vistrario in sua voce ante ipsos iudices qualiter fuerat ipsa hereditate de suo tio iam dicto frater Vistrario, et erat sua pro possidere et pro eam in suo iure tenere et in posse, et judices viderunt bene et sicut veritas patet ut dedissent a preposito V.° fratres de ipso testimonio de ipsa criptura et adfirmat ipsa firmitate quos frater Vistrario tenebat et pro quo ipsa hereditate post parte monasterii Cellenove tenebant ita, et dederunt ipsos fratres nominibus frater Gundulfo, frater Ieo, frater Andrias, fraterssen Odino, frater Buiano frater Kendulfo et illi ut firmarent ipsa scriptura sicut veritas ordinaba.t Agnovit ipse Vistrario in veritate quod erat ipsa scriptura verifica et deberet semper robore habere, pro quo ipsa hereditate obtineant iuri quieto ipsos fratres post parte iam dicti monasterii unde prius fuerat monasterii Cellenove ubi eam concessit ipse tius suas Vistrarius confessus, ut abeant inde fratribus ibi abitantibus temporale subsidium, et ille apud Deum regnum eternumu, et insuper verbum et definicionem ut quale die ipsos fratres firmassent ipsa scriptura tulisset Sanctio Furtuniz ipsos caracteres de ille Rex de ipsa villa, et adsignasset eam post parte monasterii unde prius fuerat. Et eiecit ipso Vistrario ipsos fratres fora de Ecclesia per manum. Hob hoc ac proinde ego Vistrario dum vidi quod nichil inquirebant tale placitum vel actionem, vobis facio coram omni concilio hic in monasterio Cellenove propria et spontanea mea voluntate et absque alia oppressione, ut aliquando in tempore non sit nullo homine qui vobis inquietationem vel inrumptionem faciat nec inmodice, sed qui talia fecerit tam ego tam de propinquis meis, neptis consanguineis seu extraneis vel quacumque potestas, quisquis ille fuerit qui talia facere voluerit, pariet post parte vestra ipsa hereditate duplata et post parte Regis vel Comitis qui illa terra imperaverit aliud tantum pariare non tardet. Et ego iam dicto Vistrario si vobis illa in concilio non auctorgavero vel vindicavero et me non abueritis adiutorem pro ipsa hereditate post parte vestra, et eam vindicare noluero, duplam ipsa hereditate sive tota contentione, et hanc agnitionem in cunctis plenam obtineat firmitatis roborem. Facta agnitio III.° kalendas Marcias, Era L.ª post M.ª Ego Vistrario in hanc scripturam

quam fieri elegi et relegendo cognovi, manum propria roborem indidit et nusquam vindicare promitto + Qui presentes fuerunt.

Vimara Muniz conf.	Justo testis	Nanti testis
Item alio Vimara conf.	Zemale testis	Piniolo testis
Senido Sendamiriz conf.	Potenzo testis	Daildo testis
Vidisclo de Eracon conf.	Guimiro testis	Froila testis
Gunderico Dadila conf.	Segeredo iestis	Maudino testis

(Folio 188 r. y v.

XIII

26 DE FEBRERO DE 1024

DONACIÓN DE VILLAS, HEREDADES Y BIENES MUEBLES, AL MONASTERIO DE CELANOVA, POR VIMAREDO, PRESBITERO.

Testamentum de Sancta Maria de Asmanus. Sub Xpi. nomine et individue Trinitatis quod est una essentia et quoequalis maiestas Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Ego exiguus et pusillus servus servorum Dei frater Vimaredus quasi presbiter indigno et peccatorem tibi domine Ihu. Xpe. et martires tuos, Sancte Marie et Sancti Martini, Sancti Genesi, Sancti Pelagii, ob cuius honore hac devotione baselica fundavimus in propria nostra hereditate que vocitant Villare Gemondi inter alpes montes e Zebrario, Vinias, Angeres et mons Cabello, discurrente rivulo Psallare. Multa sunt Domine et valde copia que nobis ex tua bonitate indebite gratis tradidisti, set quia tu precepisti Domine ut quid de manu tua accepimus, et hoc tibi pura mente hac devotione complaceamus et libenter offeramus. Et ideo pei remedium anime nostre concedimus ad ipsum supra dictus locum baselice nostre omnia bona nostra quanta ibidem ganavimus vel plurificamus, casas et domos, edificii cum intrinsecus suis, cupos, cupas, lectos, basternas mensas, chatedras, caballos et alia iumenta, sive argentum et vestimenta, codices multos et obtimos, signos de ecclesia et calices argenteos, casullas de serico sive et orales et obtimos frontales; hereditates que ibi sunt conclusas ab integro, cum omni suo fundato, et de illas fora clausuras quarta integra quam abui de mea parentela sive et comparatella quam comparavimus de Gundesindo Albello et de Lovegoto et de Gomesendo et de Locrizo et de Adolino quantum ibi

abuerunt cum sua aqua de Mediana, meas tres tercias que cumbiabi con suo iermano Nepotiano et cum alios suos heredes quomodo divide ipsa villa illa arca, et inde ad ille octario de super porto de Regina, et inde per termino de Sancto Stephano per illo octario de fonte Frigida, et inde per illa presa de Sallarino de ille molino qui fuit de Salamiro Gemondiz et de Ero Sarraciniz, et inde per cepetello, deinde per arca de illa portella super casa de Lovegildo Framiriz, et inde per illo commaro usque feret in agro de spineta super casa de frater Ozario, et torna in prono per illo fontano de Curio de mauro usque fere in aqua de Sallar, et sicut diximus et dicimus quarta ad integro, et de ipsos molinos mea ratione III[a] de molino de Pilas et de alio molino qui fuit de Sando; III[a] inde concedimus ad loco sancto desuper nominatum et in Asmanus alia villa qui fuit de Vimondo et uxor sua Sindolo et pactavit nobis illa de domna Trudilo et suos filios. Et de ipsa aqua de Sancta Eulalia III[a] integra ad ipsum monasterium vocabulo Sancta Marta, pro remedio anime mee, et alia villa in Regallatos qui fuit de Salamiro et uxor sua Vistello, de ipsa heredentia tres quartas integras. In villa de Sancto Stephano hereditate qui fuit de Lico et uxor sua Liovili, integra, qua nobis ibi testavit de domna Guldegoto, et de villa de Samisote III[a]; de hereditate de Gundesindo IIII[a]. In Cerzeto hereditate qui fuit de Florenzo monaco, III[a] integra. In villa Riquilanes et Quintanela de hereditate de Zasio et uxor sua Astania, medietate integra. Et de hereditate de Menindo Severiz et uxor sua Gontilli tercias II[as], una que nos ganavimus, et alia que nobis testavit illa Comitissa domna Riquilo, hereditate qui fuit de Santio Enniquiz, comparavimus de ille media, et de suo filio Todolfo Sanziz media, et de illa aqua duas tercias. Alias villas in valle de Araugio. In Frexenedo villa qui fuit de Florenzo et uxor sua Senatrudia septimas II.[a], et media villa qui fuit de Dadilo quartas III. In Galendi villa qui fuit de Gualamiro, medietate integra. In Sendones alio casare quem comparavimus de Vimondo et filiis suis. De alio casare de Ragoez sextas V[as] de quinione de Anulfo; duas VII de Leoverico, et decima de Merila III integras. In principi casare de Placida integro. Alia larea quam comparavi frater Vimaredus de Froila Vimaraz. Alia de Nunu Sedeges in Sendones, qui fuit de Laurenzo et dedi ili medietate de Sendones. In Donug villa qui fuit de Gondemaro sexta integra. Omnes istas portiones villas nuncupatas cum omnia sua prestantia ad loco predicto concedimus quicquid infra se ipsa ecclesia vel ipsas villas continent iure ipsius monasterii donamus et concedimus ad presbiteros vel diaconos vel religiosi ab Oriente usque Occidente, vel gens nostra qui in ipso loco in vita sancta perseveraverint, omnia ex inte-

gro firmiter obtineant pro stipendio suo victus atque vestitus, ut possint explere debitus officium et vitare necessitatis articulum, et pro Rex et pro nobis vel pro tocius anime ad Deum deprecare sceleris delictis, et neminem permittamus inde alium in censum dare nisi tantum suscipere abba vel prepositum vel fratres monasterii Cellenove, et stet in suo robore ad defendendum et non ad imperandum. Si quis homo quod fieri non credimus hunc factum inrumpere voluerit, in primis sedeat excomunicatus et ad fide Xpi. separatus vivens; ad fronte careat ambobus luminibus, et ad suo obitu non accipiat confessionem neque Communionem, set perpetua confusione, et cum Iuda Domini proditorem habeat partem in tartarea damnatione, et pro damna legum pariet post parte ipsius monasterii quantum infringerit duplatum, et post parte Regis auri libras duo, et hanc scripturam in cunctis diebus plena obtineat firmitatis roborem, et qui ibidem in vita sancta perseveraverint perenniter obtineant. Facta series testamenti V.° Kalendas Martias Era tunc discurrente pos millesima LX.ª II.ª Regnante Principe nostro Adefonsus Rex prolis Veremudi Rex el Gelvira Regina. Vimaredus quasi sacerdos hac si indignus et peccator hanc donationem vel confessionem a me facta manus meas proprias roborem inieci ✣. Bonimenzo testis. Gaton Daniz testis. Gonterigo testis. Magister Cidi testis. Sesuando testis. Tedila testis. Ansemiru testis. Menindo Alvariz conf. Godesteus abbas conf. Vimara Onorigiz conf. Cresconio Menindiz conf. Anaia Vimaraz conf. Et aliorum multorum filiorum bene natorum hominum qui viderunt et audierunt qui ibi erant. Gundisalvo Menindiz notuit.

Adefonsus Rex confirma[ns] $\overset{\text{A.}}{\underset{\text{S.}}{\text{P.}}}$

(Fol. 110 r. a 111 r.)

XIV

25 DE JUNIO DE 1025

JUICIO ANTE EL CONDE RODRIGO ORDOÑEZ, ENTRE SANCHO FLAINIZ Y EL ABAD ALOITO, ACERCA DE UN SIERVO DEL MONASTERIO DE CELANOVA.

In nomini sancte et vere Trinitatis qui est Patris et Filii et Spiritus Sancti, tres personas et unus et verus Deus qui regnat ubi per numquam finiendam semper secula seculorum amen. In temporibus

senerissimus *(sic)* Princeps Rex domnus Adefonsus, Veremudus prolis, horta fuit intentio inter Sanctio Flainiz qui homines inquirebat de Comitato, et mandamento homines quod dicunt de iure, post parte Comite Rudericus Ordoniz, et Aloitus Abba et fratribus monasterii Cellenove qui voce obtinet de ipsius monasterii ians supra memorati, super Suario filio Mitoni, quod inquirebat ipse Sanctio Flainiz pro mittere in ipso mandamento, et devenerunt inde in concilio in Sancto Iacobo ubi dicent Parata Vetera ante ipso Comite Rudericus Ordoniz et aliorum multorum filii bonorum vel iudices constitutos quorum nomina hec sunt: Oduarius Guttieriz de loco apostolico; Guandilani confesi de monasterio Gunderanii; Savarius Prepositus de monasterio Miusiolensi. Et dixit ipse Abbate domno Aloito in voce monasterii Cellenove quomodo venit frater de Mitoni, nomine Gundesindo, de alia terra, et presit muliere cum hereditate de ipso monasterio, et in tota vita sua servivit ad ille episcopo domno Rudesindo. Mortuo ipse Rudesindus dimisit filium suum nomine Mito et vixit vita non paucis diebus, sed multis temporibus, et totis diebus vite sue servivit ad ipse monasterio et ad sanctissimi patris nostri domni Rudesindi Episcopi. Advenit obitum ad ipse domno Episcopo, relinquit ipse monasterii Cellenove Manillani Abbati, et servivit ipse Mito in cunctis diebus vite sue ad supra memorato monasterii Cellenove, ubi clusit diem extremum vite sue. Post mortem ipsius Mitoni remansit filium suum nomine Suario cum hereditate quos pater suus obtinuit de iure monasterii quos Flaintius Flainiz mittet in contemptione, et ordinabit ipse Comite domno Ruderico ad ipsos iam supra memoratas (sic) ut dedissent legem inter eos et iudicassent inde veritatem, sicut et dederunt. Hordinaverunt per legem ut dedissent de parte Cellenove XII testimonias, ipse Suario in primis et alias XI, sicut et dederunt; ad diem aptum sabbatum quod est vespera Sancti Pelagii pervenerunt in monasterio Palatiolo ipse Aloitus Abba et Santio Flainiz ante Comite Rudericus Ordoniz, et dederunt ipsas testimonias de parte Cellenove, quorum nomina ha sunt: ipse Suario filio Mitoni; Domno de Ravanal; Vidisclo Argeriquiz, Donnino Grode; Trasoi; Arias Micaheliz; Dakaron Arianiz; Viliulfo Fromildiz; Gunterico; Leovigildo Fronimiz; Suario Doneliz: sub una XII. Et iurati fuerunt per manus ipse Santio Flainiz, et in concilio ipse Comite domno Ruderico et iudices suos in baselica Sancti Iuliaui sicut desuper resonat quomodo fuit avii et parentes sui de ipse Suario de domni Rudesindo Episcopo, et ipse Suarius fuit usque preserunt illo per manus. Et post iuramentum factum dimiserunt ipse Suarius post parte monasterii Cellonove sanum et sine ulla calumnia ut tam ipse Suario quam fili, nepti, vel qui de ipsa femina nati

fuerut in cunctis temporibus, plenam habeant stabilitem roboris post parte ipsius monasterii sepe dicti Cellenove Facta agnitio vel iuramenti VII.° kalendas Iulias Era M.ª LX.ª III.ª Ego Rudericus Dux, prolis Ordoni filius, cognoscens me in veritate et vidit et iudicabit, et quod verum est discernibit, et quos iudicatum recte ordinavit + Oduario Gutterieriz et index de loco apostolico conf.

Vandilani confesi de monasterio Gunderami iudex conf.

Manginus confesus et iudex de monasterio Moixolos manu mea conf.

Domno Gregorius confesus con.

Ariastre Alvariz conf.

Santius Flamiz qui hunc iudicium pulsavi pro ipse homine mittere in mandamento et suo iuramento in concilio suscepit ante Comite memorati domno Ruderico manus mea conf.

Danoi Muniz conf.
Armentario Gundesalviz conf.
Osorio Osoriz conf.
Pelagio Eicaz conf.
Ostofredo Pelaiz conf.
Fortunio Eguilaz conf.
Adulfo Viliulfiz, conf.
Veremundo Gresulfiz conf.
Eita Ansuriz testis

Rudericus Ansuriz conf.
Froila Tetoniz conf.
Puricello Gundesa (sic) conf.
Fortunio Viliulfiz conf.
Beica Leodofrediz cont.
Adaulfus Furtuniz conf.
Sandino filio Censoi conf.
Adaulfius Almenize testis.
Gumsalaio prolis Elias testis.

Fol. 138 v.° y 139 r.